

## C A P Y T D E C I M V M Q V A R T V M .

Paulus & Barnabas multis Iconij conuersis, Iudeorum tumultibus agitati fuga sibi consulere adacti sunt. Lystris verò excepti claudum sanant, ideo dij à plebe vocantur, & illi sacrificare idolorum sacerdotes nituntur: quod repulerunt, dicentes se esse mortales, Deum immortalem annunciantes. Vnde à Iudeis ibi lapidatus

est Paulus: inde fugit in Derben, & inde reuersus Lystram, & Iconiam, & Antiochiam, Pamphyliam, & Attaliam, & tandem Antiochiam, unde prius egressi.

**F**allutum est autem in Iconio, ut simul introirent synagogam Iudeorum, & loquerentur, ita ut crederet Iudeorum & Grecorum copiosa multitudo.

Qui verò increduli fuerūt Iudei, suscitauerunt, †<sup>Sup. 6.e.</sup> & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiae sue, dante signa & prodigia fieri per manus eorum.

Synagogam Iudeorum Apostoli pro more ingressi in Iconio, verbum Dei annunciare coeperunt, ita ut bonam ciuium partem, & Iudeorum & Grecorum converterent ad Dominum. Vbi Grecos credit Lyranus Iudeos in Græcia natos, quos tamen alibi vocat Ἰαννεῖτες, hic autem vocat Ἰάλωες: ideo potius credidimus hos fuisse Gentiles, & forte Proselytos: cum quibus Apostoli differentes, eos non modo verbis, sed & signis conuicerunt, atq; prodigijs prædicationem suam confirmantibus, iuxta illud Marc. vltimo. ¶ Illi aut pro. Mare, feci prædicauerunt ubique, Domino cooperante, & ser. 16.d. moneni confirmante sequentibus signis. Ea propter qui non sunt satis persuasi Iudei, Gentiles concitarunt, quasi non soli perirent, sed cæteros, quos possent, secum ducenter: id quod mali facere solent. Pro cōcitarunt, Græci est ἐκέκυραν, pro quo verbo Erasmus maluit verte re, corruerunt: verbum aut Grecū neq; hoc, nec illud significat, sed vexo & affligo. Significare etiam potest,

## CAP. XIX. IN ACTVS

malē habeō, vnde sensus est: Malē habuerunt animas, vel melius, animos Gentiliū aduersus fratres i. fecerū, ut malo essent animo Gentiles aduersus Christianos.

Diuisa est autem multitudo ciuitatis, & quidam quidem erant cum Iudeis, quidam vero cum Apostolis. Cum autē fatus esset impetus Gentilium & Iudeorum cum principib[us] suis, ut contumelij afficerent, & lapidarent eos, intelligentes configurerunt ad ciuitates Lycaonie, Lystram & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizantes erant.

Ex concitatione Iudeorum scissa est Iconij ciuitas, ita ut quidam Iudeis, ceteri Apostolis adhaerenter, iuxta dictum Christi: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Ex quo contumelij ceperunt Apostolos afficer. Gracē est i. p[ro]p[ter]ea, quod Erasmus maluit vertere, ut vim facerent, quia inquit, non timebant post contumelias, quasi vero Gentiles & Iudei una cum lapidatione non etiam contumelij afficerent. Sicut enim contumelias non timebant propter Christum, ita neq[ue] mortem. Quod aduertentes configurerunt ad alias ciuitates, non temere in pericula, Christi memores praecepti, se coniuncte: Si persecuti fuerint vos in una ciuitate, fugite in aliam. Non ignavum enim ducebant periculum fugere, sed ex divino praecepto, quo amplior ministerium fructus sequeretur. Estque magna prudentia impiorum furori aliquando cedere, ne & innocentes interficiant. Fugientes igitur Apostoli venerunt Lystram & Derbam, ciuitates Lycaoniae.

Est autem Lycaonia Gallatiae contermina, regio insignis, adortum solis Cataoniae, ab occasu Pamphyliae & Pisidiæ, à meridie Ciliciae, usque ad Taurum montem austrum versus extensa. Praeclaræ in ea sunt urbes, Iconium, de qua suprà. Derba est Cappadocie adiuncta, paris cum Iconio propter Apostolorum

prædicationem claritatis, iuxta quam & Lystra non minus celebris propter Pauli lapidationem, de qua infra. Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum, Paulus autem & Barnabas morabantur Lystris. Et quidam vir Lystris infirmis pedibus sedebat, claudus ex vetero ma-

† Sup. 3. a.

tris sue , qui nunquam ambulauerat , hic audiret Paulum loquentem . Qui intuitus eum , & videns quia fidem haberet ut saluus fieret , dixit magna voce : Surge super pedes tuos rectus . Et exiluit , & ambulabat .

Profugi itaque Apostoli peruererunt Lystram ; ibi q̄ moram traxerunt , verbum Domini annunciantes , ut omnes duxerint in admirationem : quod persecutioes sepius facere solent , & victos tandem persecutores ostendere , persecutos autem fore victores . Cūm enim prædicaret Paulus in Lystra , magnum claudio sanato facit miraculum . Hic enim claudus , quia verbum Christi prædicante Paulo audivit , nihil impidente claudicatione , quin diligenter attenderet , quod audiens credidit , & credebas sanatus est , ut palam saltaret in perfectæ signum sanitatis , soli Deo miraculum possibile credes , nisi cui Dominus Deus dederit .

Turba autem cūm vidissent quod fecerat Paulus , leuaerunt vocem suam , Lycaonicē dicentes : Dijs similes facti hominibus descendenterunt ad nos . Et vocabant Barnabam Iouem , Paulū verò Mercurium , quoniam ipse erat dux verbi . Sacerdos quoq; Iouis , qui erat ante ciuitatem , tauros & coronas ante ianuas afferens , cum populis volebat sacrificare .

Quoniam idololatræ videntes hominum facultatem quid excedere , Deo tribuebant . Apostolos igitur signa facere , qua communē excedunt hominum facultatem , Lystri videntes , illos Deos esse existimauerunt , & diuinos illis dignum ducebant honores offerre , imo & illis tanquam dijs sacrificare . Barnabam autem propter morum grauitatem & antiquitatem Iouem appellabant , Paulum verò Mercurium , quod dux prædicationis esset . Mercurium enim poëta Deum eloquentiae dicebant , & sermonis interpretem , quem ob dicendi peritiā & maiestatem Paulū arbitrabantur : quia & cōcionibus præerat , & conciones ipse faciebat . Vnde Iouis sacerdos ad huius idoli curam deputatus , parat coronas ad Apostolos corondanos , & hostias illis immolandas .

Quod r̄bi audierūt Apostoli , Barnabas & Paulus , consig-  
sis tunicis suis exilierunt in turbas , clamantes & dicentes :

CAP. X I I I . IN A C T V S

**¶ Psal.** Viri, quid hæc faciūt? & nos mortales sumus, similes vobis  
**145.c.** homines, annunciantes vobis ab his vanis conueriti ad Deum  
**Apo. 14.b** viuum, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia que  
**¶ Psal.** in eis sunt, qui in præteritis generationibus & dimisit omnes  
**30.c.** Gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio se-  
met ipsum reliquit, benefaciens, de cælo dans pluvias, & tem-  
pora fructifera, implens cibo & letitia corda eorum. Et haec  
dicentes vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent.

Cum audirent Apostoli turbas acclamantes: Dij in  
specie humana descendenterunt ad nos: parum moti sunt,  
quia nondū illis cōpertum erat quid dicenterunt, cum vul-  
gari lingua patriæ loquerentur. Vbi verò viderūt coro-  
nas ad sacrificium aptatas, exilierunt in eos, & scissis ves-  
tibus, more Iudeorū in Deum blasphemia audientium,  
clamauerunt, dicentes: Viri Lystris, cur hæc faciūt no-  
bis, qui vobis similes sumus, qui ad vos missi à summo  
Deo sumus, vt vos ab hac idolatria reuocemus, & pe-  
nitutis eam dissoluamus, quanto minus nos existimare de-  
betis, vt ad illam vos inducamus? Vide inquit Chrysost.  
illos ubique à gloriæ studio mundos, quam non solum  
non desiderabant, sed & cum daretur, repellebant. Inde  
arguit eos tanquam pena dignos, qui nutritorem suum  
non agnoscunt Deum, qui dat escam omni carni, dans  
de cælo pluvias, & cuncta homini necessaria, implens  
cibo & letitia omnium hominum corda permittitq; am-  
bulare in vijs suis omnes gentes, & propria lege frui.  
Quod autem dicit: Mortales sumus similes vobis: Græ-  
ce est δυσταθή, vnicum vocabulum, id est, nos eadem  
mortalitatis conditione vobiscum prædicti sumus, simili  
cōditione vobiscum humanitas afficiuntur, ijsdem malis  
atque affectionibus & passionibus, sicut & vos, obnoxij  
sumus. Et vix haec dicentes turbas compescuerunt, quis  
sibi immolarent, & ab hac insania turbam liberarent.

**¶ 2. Cor.** Superuenierunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iu-  
dæi, & persuasis turbis & lapidantes Paulū traxerunt extra  
ciuitatem, & mantes eum mortuum esse. Circundantibus  
autem eum discipulis, surgens intravit ciuitatem, & postera  
die profectus est cum Barnaba in Derben.

Quanto

Quanto magis Apostoli prædicationibus fidem erigeremoliebantur, tanto studio Iudæi deprimere conantisunt. Apostolorum igitur à longe prædicationem audientes, adueniunt, seditionem in eos excitant, Paulum lapidant, & eum veluti mortuum extraxerūt foras portam ciuitatis. Adeò malignum semper & sœum in seruos Christi fuit Satanas regnum. Sed hoc iure belli cōtingit, vt triūphus nō decernatur, nisi hostiū vīctoribus. Prinde denuo reuersi Apostoli Derben & Lystrā, Iconium & Antiochiam, docuerūt quod per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum Dei. Vnde sequitur.

Cumq; euangelizasset ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi Lystram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorum, exhortantesq; ut permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et cum constituisserint illis per singulas Ecclesiās presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, com-Saluator. mendauerunt eos Domino, in quem crediderunt.

Reuersi itaque Apostoli, vbi fuerat contumeliam paſſi, ibi intrepide prædicant, quos conuerterant, confirmantes. Vbi autem dicit animas aptius dixisset animos eorum confirmandos, vt perseverarent in fide: qua ablatā tota spiritualis ædificij machina corruit, & cum qua per varias mundi, dæmonis, & carnis atque appetitus sensuī tribulationes oportet in regnum Dei intrare fideles. Quibus exhortationibus confirmati, qui crediderant discipuli, suffragijs delegerunt illis presbyteros per Ecclesiās, orationibus & ieiunijs eos Domino commēdauerunt. In quo patet Paulum & Barnabam episcoporum dignitatem habuisse, qui non solū diaconos aut subdiaconos, sed etiam presbyteros consecrabāt, & beneficijs preferebant. Ex quibus verbis patet alia tunc fuisse episcoporum, aliam presbyterorum dignitatem.

Transeuntesq; Pisidiā, venerūt in Pamphiliā, & loquentes verbum Domini in Pergen, descendederūt in Attaliā, tēt inde nauigauerunt Antiochiam, unde erant traditi gratiae Dei in opus quod compleuerunt. Cum autem venissent, & congregassent Ecclesiām, reiulerunt quanta fecisset Deus cum il-

CAP. XV. IN ACTVS.

lis, & quia aperuerisset Gentibus ostium fidei. Moratis sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

Iam iam fidei ostium Gentibus aperuerant, ideo ad fratres redibāt, narraturi quid haec tenus egissent, & quod cū fiducia Gentibus prædicare liceret. Reuertunturque Apostoli per loca vbi antea prædicauerant referentes quid illis inde contigisset, & confirmantes ut starent fixi annunciatis, & ea cum fiducia prædicarent. Peragrarūt itaque Pisidiā, quæ est minoris Asiae prouincia, ab Austrō Galatiam habens & Pamphiliam, haud magna regio, quæ duodecim magnas continent vrbes. Pamphilia quoque Asia regio ab ortu Ciliciam habet, ab occasu Lyciam, & Asiæ minoris partem, à septentriōne Galatiā & Cappadociam, à meridie mediterraneum mare. Attalia Græcè Ἀτταλία, penulti prod. ciuitas est Pamphilie maritimi, auctore Hiero, curus nominis altera est in Lydia. Quibus regionibus peragratis, patriæ suæ vnde exierant redditū sunt vñ annunciarēt ceteris cōdiscipulis, quantam illis gratiam in convertendis Gentibus Domus contulisset, & quāta pro nomine eius passi fuissent, ut & ipsi cum fiducia prædicarent.

CAP. V. DECIMVM QUINTVM.

Orta inter discipulos super circuncisione & legalibus seditione, Paulus & Barnabas ab Antiochia Ierosolymā ascenderunt, vbi communī omnium decreto statuunt, conuersi ad fidem Gentes legi Moysi non esse obnoxias: reuersi verò Antiochiam Paulus & Barnabas, separantur ab inuicem, & Barnabæ adhæret Marcus, & Paulo Sila.

12. Cor.  
6.c.  
Gal.3.

**E**t quidam descendentes de Iudea docebat fratres: Quia nisi circuncidamini secundum more Moysi, non potestis saluari. Paulus ergo seditione non minima Paulo & Barnaba aduersus illos, statuerunt ut ascenderunt Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apostolos & presbyteros in Ierusalem super hac questione. Illi ergo deducti ab Ecclesia pertransibant Phœnicem & Samariam, narrantes conuersiōnem Gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

Suborta Antiochiae disceptatione, Græcè enim habetur